

ſchedula & ea ſecrete lecta, dixit quod fuit ſemper intentionis, dare pacem eccleſiæ, **D**
& q̄ ad hoc uenerat Conſtantiã. Etenim dixit, qualiter dicto concilio, non ut nec
meru compulſus, non coactus, ſed liberaliter & ſponte obtulerat utam ceſſionis ſui
papatu, & obtulit, & quod nunquam fuit alterius intentionis. Demum dictus do-
minus noſter dictam ſchedulam legit, cuius tenor talis eſt: Ego Ioannes papa uigeſi-
mus tertius &c. ut in bulla continetur. Qua lecta, fuit regratiarum dicto domino no-
ſtro papa per ſereniſſimum principem regem Romanorum de bona & ſancta obla-
tione, deinde cardinales ad idem fuerunt regratiari. Demum dominus patriarcha ad
idem, & etiam uniuerſitas Pariſienſis ad idem. Quo facto, dominus noſter uoluit q̄
in craftinum quæ fuit ſecunda Martij, teneretur ſeſſio, in qua publicarentur hæc ſo-
lennius per eundem.

FO. D. IIII. fa. 1. poſt lineam 14. lege ſic

Et expoſt de mandato domini noſtri fuit ſuper præmiſſa ſchedula oblationis, una
bulla conſecta.

Ibidem inter lineam 37. & 38. Inſerenda ſunt hæc:

Primitus tamen oratione lecta, quæ fuit ſumpta de libro pontificali. Tenores uero
dictæ orationis & conſtitutionum lectarum, ſequitur & ſunt tales: Ecce ſanctiſſimi
ſacerdotes, præmiſſis deo precibus, fraternitatem ueſtram cum pia exhortatione cõ-
uenio, & per diuinum nomen obsecro, ut ea quæ a nobis de deo & ſacris ordinibus
uel ſanctis moribus uobis fuerint dicta, cum omni pietate ſuſcipiatis, & cum ſumma
reuerentia perficere intendatis. Quod ſi forſan aliquis ueſtrum aliter quam dic-
ta fuerint, ſenſerit, ſine aliquo ſcrupulo contentions in ueſtrorum omnium copula-
tione & ipſa de quibus dubitauerit, conferenda reducat, qualiter deo auxiliante aut
doceri poſſit, aut doceat. Deinde uos obſtatione obsecro, ut nullus ueſtrum in iudi-
cando aut perſonam accipiat, aut quomodolibet fauore uel munere pullatus, à iuſto
iudicio ſcienter auertatur aut diſcedat: ſed cū tota pietate quicquid ceterui noſtro ſe iu-
dicandum intulerit, pertractare curet, ut nec diſcordans contentio ad ſubuerſionem
iuſtitie inter nos locum inueniat, nec in perquirenda æquitate uigor noſtri ordinis
uel ſollicitudo tepeſcat.

Quia exhortatione facta, idem dominus cardinalis Florentinus iuxta deliberatio- **E**
nem concilij & ſynodi prædictarum, pronunciauit conſtitutiones quæ ſequuntur,
uidelicet hæc:

Ibidem fa. 1. linea 18. poſt prædicta, lege ſic:

mane ante præſentium, in qua fuerunt ducenti patres &c. Et fuit ibidem peractum
officium de ſpiritu ſancto, cuius officij miſſam celebrauit dominus patriarcha Antia-
chenus. In qua ſeſſione fuit Romanorum rex in habitu & cum inſignis ad regem
Romanorum ſpectantibus. Necnon reuerendiſſimi patres domini Iordanus de Verſi-
nis, Angelus Laudeni, Antonius de Salancho, Antonius Aquilegenſis, Amadeus Sa-
lutarij, Ludouicus de Flisco, Guilielmus ſancti Marci, Alamannus Piſanus, Francia-
ſcus Florentinus cardinalis. Officio uero miſſæ facto, legebantur Ieraniæ cū introi-
tu, Exaudi nos domine. Quibus factis, ſtatim dominus cardinalis Florentinus lege-
bat quãdam conſtitutiones ſeruandas per cõcilium, quarum tenores ſunt inferius
ſerius. Quibus lectis & approbatis per generalem ſynodum ſiue concilium, Henricus
de Piro procurator & ſyndicus nationis Germanicæ, petijt ſibi fieri nomine di-
ctæ na-